

BIBLIOTHECA  
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM  
TEUBNERIANA

---

HORATIVS  
OPERA

EDIDIT  
F. KLINGNER



BSD BG. TEUBNER VERLAGSGESSELLSCHAFT


1942

NUNC COGNOSCO EX PARTE



THOMAS J. BATA LIBRARY  
TRENT UNIVERSITY





Digitized by the Internet Archive  
in 2019 with funding from  
Kahle/Austin Foundation



AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN DER DDR  
ZENTRALINSTITUT  
FÜR ALTE GESCHICHTE UND ARCHÄOLOGIE

---

BIBLIOTHECA  
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM  
TEVBNERIANA



BSB B.G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT

1982

# Q. HORATIVVS FLACCVS

## OPERA

EDIDIT

FRIDERICVS KLINGNER



BSB B.G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT

1982

PA 6393 A2 1982

BIBLIOTHECAE TEUBNERIANAE

HVIVS TEMPORIS

REDACTOR: GÜNTHER CHRISTIAN HANSEN

© BSB B. G. Teubner Verlagsgesellschaft, Leipzig, 1959 und 1982

6. Auflage (3. unv. Nachdr. der 3. Auflage von 1959)

VLN 294/375/99/82 · LSV 0886

Lektor: Dr. phil. Elisabeth Schuhmann

Printed in the German Democratic Republic

Fotomech. Nachdruck: Grafische Werke Zwickau III/29/1

Bestell-Nr. 665 528 0

DDR 17, - M

## PRAEFATIO

In Horatiana memoria recensenda non id mihi sumpsi, ut aut ignotis exemplaribus conquirendis aut notis ab integro excutiendis retractarem opus laboriosum Ottonis Keller et Alfredi Holder, qui primi vasta mole congesta effecerunt, ut iudicari posset, quid esset antiquitus traditum. erunt fortasse — nam unius hominis vita atque industria vix sufficiant — qui infinitum illum laborem aliquando suscipiant: mihi satis erit, si hominum in comparandis subsidiis diligentissimorum<sup>1)</sup> copia fretus, adsumptis praeter **K**, quem Vollmer adhibuit, tantummodo partibus Vaticani **R** adhuc neglectis et Ottoboniano<sup>2)</sup>, id aliqua ex parte explevisse videbor, quod illi inchoatum reliquerunt, qui medio saeculo proximo Ritschelii doctrina instructi id egerunt, ut singulorum fere generum ac velut familiarum capita ab antiquissimis temporibus repeterent, omnium autem unum archetypum saeculo vel primo exeunte vel postea scriptum sibi fingerent, tamquam nihil interesset in tradendis veteribus poetis inter usum antiquorum Romanorum et aevi Carolini studia aut inter septimum et nonum saeculum. archetypi vero lectiones quasi calculi ratione ita dinoscere conati sunt, ut e tribus in quas libros distribuerant classibus duarum fere consensum sequerentur. praeterea unam classem ( $\alpha\gamma$ DEM cum cognatis), quam ut reliquis praestantem primam esse voluerunt, in lyricis ad secundam (ABCK cum cognatis), in dactylicis ad tertiam (F $\lambda$   $\delta\pi$  cum cognatis) propius accedere recte intellexerunt, quibus id rationibus fieret, non demonstra-

1) eius rei experimentum feci in Vaticano **R**, cuius cum imagines contulisset, admodum pauci illorum errores ac plerique leves tollendi erant. sane difficile est manus librorum dinoscere, ac ne nunc quidem res omnibus numeris absoluta est, praesertim cum ipsum codicem non examinaverim. sed satis esse confido demonstrare, quid primum in codice fuerit, quid postea correctum vel adiectum sit. nam quicumque in Vaticano **R** conficiendo occupati erant, e congestis generum  $\Psi$  et **Q** copiis sua sumpserunt, ut infra p. X explicabitur.

2) v. infra p. XIV imagines adhibui etiam Mellicensis **M**.

## PRAEFATIO

verunt. ita factum est, ut etiam quae recte invenerunt, erroribus scilicet obscurata, aliis atque diversis erroribus atque oblivione obtegerentur. exstitit Fridericus Vollmer, qui Friderici Leonis disciplina usus doctoris sui vel potius Udalrici de Wilamowitz reperta ad Horatianam memoriam explicandam adhibere cupiens intricas illas rationes Kelleri ad miram simplicitatem revocavit. unius enim codicis antiqui eiusque variis lectionibus et commentariis Porphyrii instructi, cum saeculo nono studia litterarum diu omissa per Galliam et Germaniam repeterentur, duo apographa facta esse contendit; unde memoriam Horatianam omnem duci nec tantum ipsa carmina, sed etiam commentarios veteres. atque ex altero illius archetypi apographo eos libros descendere quos Keller classibus primae et secundae attribuerat, cum illa expositione quae quasi Aconis vulgabatur, ex altero classem tertiam cum commento quod sub Porphyrii nomine fertur. in antiquo autem illo exemplari cum vero Porphyrii multifariam interpolato Horatium, qualis a Valerio Probo editus erat, coniunctum fuisse, paucis erroribus hic illic adpersis. haec si vera essent, iam in re critica facienda singulis locis adnotandum erat, quid in utroque apographo fuisset: ea ratione archetypus ac fere editio Probi restitui videbatur. sed ut Probum omittam, qui quid in edendo Horatio effecerit prorsus ignoratur, in codicibus digerendis parum caute ille egit. velut Vaticanum R, librum cum primis cura grammaticorum dignum, quem partim ad primam, partim ad tertiam classem pertinere Keller et Holder docuerant, ratione non demonstrata suo arbitrio ad alterum apographon, quod hoc signo ② indicavit, totum rettulit. ita factum est, ut, quoniam permultis erroribus librorum cognatorum (Φ) R aut solus aut cum Parisino π abstinet, apographon ② alterius apographi, cuius haec est signum ①, persimile esse videretur ideoque credi posset ex uno codice antiquo omnem memoriam Horatianam provenisse. ex his apparet, quam lubricam quaestionem Vollmer in dubio reliquerit. alia nec minus periculosa est de ea quam primam classem esse Keller voluerat. quam cum Vollmer in carminibus lyricis a secunda non seiunctam esse intelle-

## PRAEFATIO

xisset, etiam in dactylicis eiusdem generis esse iussit. atqui iam Keller I<sup>2</sup>, LXXXII demonstraverat in sermonibus et epistulis primam classem tertiae similem esse. ac profecto in adnotationibus Vollmeri codices aDE saepissime quasi praevaricari videntur. atque contaminatos eos esse ipsum adgnovisse opinor. sed quid attinet generatim libros comprehendere, si maior pars generis prioris saepissime ratione non intellecta eximenda est? nonne apparet virum de Horatio bene meritum hic quoque contempta Kellerei et Holderi diligentia quaestionem sane perobscuram iniudicatam reliquisse? nam quae de interpretum commentariis protulit, ea haud scio an nemini probaverit.

Post Vollmerum de memoria Horatiana sententiam tulerunt cum alii tum P. Lejay (*Mélanges Chatelain*, Parisiis 1910, 59; in editione *Sermonum*, Par. 1911 praef. CXII), F. Villeneuve (in edit. *Horati*, Par. 1927–34, vol. 1, LII), M. Lenchantin (*Athenaeum* 1937, 129). qui de duobus nostrorum codicum fontibus antiquis<sup>1</sup>) recte iudicaverunt atque adgnoverunt Vaticanum R textum e duobus generibus commixtum habere. neque vero res videtur satis firmis rationibus probata esse. praeterea Villeneuve et Lenchantin, ubi viderunt multos codices varie contaminatos esse, quaerere desierunt, quibus modis genera et familiae inter se cohaerent; Lenchantin ne referre quidem censuit. sed tamen interest, utrum prima quam Keller vocat classis aetatis Romanae sit an mediae aevi. denique molesta est indigesta turba codicum modo huic, modo illi lectionum generi suffragantium atque in ipsa inconstantia quasdam rationes requirimus.

Erat igitur disceptandum, primum quaenam ratio inter classem primam Kellerei et reliquas duas intercederet, tum quo pertineret R, denique quot et qualia exemplaria antiqua nostris codicibus subesse viderentur, praeterea num Porphyrio et scholia a Kellero edita cum operum Horatia-


1) quod Lenchantin l. c. 166 adn. 1; 172 opinatur in *Hermae* vol. 70 (1935) 249 ss. 361 ss. Kellerei rationem triplicem me revocasse, vehementer errat. ego vero id ipsum per singula opera Horatiana demonstravi 'classem primam' medio aevo e duabus recensionebus antiquis mixtam et compositam esse.

## PRAEFATIO

norum memoria cohaerent. atque apparuit duos quasi rivulos memoriae Horatianae ex antiquis saeculis ad aevi Carolini studia renovata deductos esse per codices duos. uterque codex non solum sua menda scripturae, verum quandam recensionem praebuit, i. e. verba locis dubiis e varietate lectionum qualis aetate Romana legentibus praesto erat, cum iudicio electa, suam denique titulorum formam atque suum librorum ordinem. vitia illa communia, quorum numerus non ita magnus est, etsi certissimis rationibus ad unam editionem referri non possunt, quoniam antiquis temporibus proprietates editionum collatis exemplaribus inter se permutari et variis modis commisceri poterant, tamen veri simillimum est ex uno fonte fluxisse. genera  $\mathcal{E}$  et  $\mathcal{P}$  — sic enim ea signanda esse censeo, ne numeris Kelleri et Vollmeri perturberis — iam aetate Porphyrii inter se discreta fuisse existimandum est.  $\mathcal{P}$  certe, quod tertium esse Keller volebat, Vollmer ②, eius qua Porphyrio usus est memoriae Horatianae admodum similis est;  $\mathcal{E}$ , quod secundo loco Keller habuit, cum expositione vetere quam Keller edidit ( $\alpha A$ ) saepius consentit. cui autem generi Keller et Holder principem locum attribuerunt — nos id littera Q significamus — id non eodem modo atque  $\mathcal{E}$  et  $\mathcal{P}$  antiquitus traditum est, sed e recensionibus  $\mathcal{E}$  et  $\mathcal{P}$  commixtum atque varie temperatum. nam cum genera  $\mathcal{E}$  et  $\mathcal{P}$  constanter inter se opponantur et utrumque satis magna copia propriarum lectionum aut bonarum aut memorabilium insigne sit, Q incertum modo  $\mathcal{E}$  modo  $\mathcal{P}$  sequitur neque quicquam habet quod non aut in  $\mathcal{E}$  aut in  $\mathcal{P}$  sit, exceptis levissimis erroribus et paucis locis, ubi Q solum ex integrioribus libris generis  $\mathcal{E}$  vel  $\mathcal{P}$  verum conservasse verisimile est. praeterea — id quod in tanta corruptelarum penuria ad invenendam veram rationem gravissimum erat — epodorum titulos generis  $\mathcal{P}$  manifestum est in eo exemplari unde genus Q originem ducit, cum titulis  $\mathcal{E}$  plerumque coniunctos fuisse. examinatis igitur et ipsis verbis carminum et titulis apparet quomodo Q confectum sit. praesto erant liber generis  $\mathcal{E}$  libris ABC adsimilis atque hic illic paulo melior et item liber generis  $\mathcal{P}$  admodum bonus. in ordinandis

## PRAEFATIO

operibus Horatianis is qui  $Q$  composuit  $\Psi$  quasi ducem secutus est, ut hic sit ordo: carmina, ars poetica, epodi, carmen saeculare, epistulae, sermones. in carminibus scribendis exemplar generis  $\mathcal{E}$  praetulit, ut tamen paucis locis, ubi  $\mathcal{E}$  corruptum erat,  $\Psi$  contulisse videatur. tum in arte poetica, epodis, (carmine saeculari,) epistulis — hoc enim ordine sequuntur — utrumque genus diligenter adhibuit, ita tamen, ut corruptelas quidem plures generis  $\Psi$  admitteret. quod factum esse existimaverim ita, ut, quoad fieri posset, ad  $\Psi$  sese applicaret. hanc sententiam in epistulis et in arte poetica ipsa adnotandi ratione significavi. quodsi quis contra disputaverit in  $Q$  lectionum generis  $\mathcal{E}$ , si verarum quoque rationem habeamus, etiam maiorem inveniri numerum, equidem non nimis acriter repugnabo. poteram sane in illis libris ita adnotare, ut  $Q$  partim ad  $\mathcal{E}$ , partim ad  $\Psi$  pertinere videatur. sed hoc tamen respondebo in investigandis codicum cognationibus potiore esse rationem corruptelarum. in fine operum, i. e. in sermonibus, neutri generi addictus utriusque lectiones prudenter expendit saepissimeque verum recepit; ubi dubitabat, utramque lectionem legentibus examinandam proposuit. ita factum est, ut interdum pars librorum generis  $Q$  cum  $\mathcal{E}$  consentiat, pars cum  $\Psi$ . id ubi et quibus temporibus factum sit difficile est dictu. saeculo certe nono exeunte vel decimo ineunte, qua aetate Ambrosianus a scriptus esse videtur, genus  $Q$  iam in duas species diductum erat:



praeterea saeculo nono medio aut paulo ante, cum  $R$  scribebatur,  $Q$  iam exstabat (v. p. VIII). antiquis autem Romanorum temporibus recensionem  $Q$  confectam esse propterea negaverim, quod nihil fere proprium praebet et in ipsis titulis plerumque formam casu maneam corruptamque generum  $\mathcal{E}$  et  $\Psi$  reddit, qualis in libris manu-

## PRAEFATIO

scriptis eorum generum exstat. quod factum esse consentaneum est ita, ut non aliqua exemplaria antiqua generum  $\mathcal{E}$  et  $\Psi$ , sed ipsa archetypha unde nostri libri generum  $\mathcal{E}$  et  $\Psi$  deducti sunt aut eorum apographa adhiberentur. id vero Romanorum aetate, cum magna copia librorum exstaret, accidisse quis credat? relinquitur saeculi noni pars prior. nam anteriora duo talium studiorum paene expertia fuerunt. quamquam ne his quidem omnino defuisse videntur qui Horatium enarrarent; nam scholiorum recensionem  $\Gamma$  post Isidorum constat ex illo commentario qui exstat in  $\text{AV}\nu\text{c}$  et ex Porphyrione aliisque molibus congestam esse (Keller, Pseudacronis scholia, vol. 2 praef. VI). quodsi quis existat qui in scholiis Horatianis operam colloquet qualem Hyginus Funaioli in Vergilianis, fieri potest, ut de memoria Horatiana etiam per illa saecula propagata aliquid cognoscatur.

Blandinius ille vetustissimus, quocumque modo eius copia lectionis congesta est, aliqua certe exhibuit quae neque in  $\mathcal{E}$  neque in  $\Psi$  servata a tertio fonte antiquo repetenda sint.

Vaticanus  $\mathbf{R}$ , qui in monasterio Wisenburgensi isdem fere temporibus quibus Otfridi carmen videtur scriptus esse, simili quodam modo e  $\Psi$  et  $\mathbf{Q}$  confectus est atque  $\mathbf{Q}$  e  $\Psi$  et  $\mathcal{E}$ . atque iam in eo exemplari unde  $\mathbf{R}$  descriptus est, alterius generis lectionibus fere alteras in margine additas fuisse veri simile est. unde is qui  $\mathbf{R}$  scripsit, suo iudicio usus eam semper quae placebat elegit; corrector vero  $\mathbf{R}^2$  saepenumero, ubi ille  $\Psi$  secutus erat,  $\mathbf{Q}$  praetulit, rursus ubi ille  $\mathbf{Q}$  secutus erat,  $\Psi$  amplexus est. id ita factum esse sic demonstratur. quae inter  $\Psi$  et  $\mathbf{Q}$  intercedunt rationes, per singulos libros fere sibi constant.  $\mathbf{R}$  vero, cuius libri scriptura praeter id quod aut  $\Psi$  aut  $\mathbf{Q}$  praebet nihil fere nisi orthographica quae vocant continet, modo ad  $\mathbf{Q}$  modo ad  $\Psi$  magis se adplicat, velut in libro primo carminum et secundo generis  $\mathbf{Q}$  similior est, in tertio generis  $\Psi$ , in epistulis libri prioris 15–18 ad  $\mathbf{Q}$  proxime accedit, in alterius libri epistula altera a  $\Psi$  omnino non recedit. his igitur duabus rebus, ut e tribus generibus vel codicibus unus codex nihil nisi quod reliqua duo genera contineat atque praeterea vagus

## PRAEFATIO





modo huc, modo illuc se convertat, codicis mixti origo demonstratur. praeterea eae quas commemoravi vicissitudines scribarum  $R^1$  et  $R^2$  explicari non possunt, nisi ambobus utriusque generis —  $\Psi$  et  $Q$  dico — copia fuit. postremo in quibusdam partibus — c. 1, 21—35, epi. 1 — apparet Vaticanum  $R$  non tam generis  $Q$  in universum quam stirpis Gallicanae, i. e. codicum  $Aa$  et praecipue  $A$ , scilicet ubi is  $Q$  reddit, persimilem esse. quo fit, ut  $R$  ex eo exemplari, unde liber  $A$  derivatus est, originem ducere putandum sit.

Similis est ratio Parisini  $\pi$ , quem qui scripsit, praeter exemplar generis  $\Psi$  mixtum illud exemplar, unde  $R$  descriptus est, adhibuit, sed raro in lyricis, saepius in epistulis, numquam in sermonibus.

In antiquo scribendi usu conservando Vaticanus  $R$  ( $R^1$ , non  $R^2$ !) tantum ceteris praestat, ut possit quaeri, num inusitata illa et antiqua exempla orthographiae antiquae quae solus exhibet e peculiari quodam fonte antiquo manaverint. quod factum esse propterea nego, primum quia numero, non genere vestigiorum vetustatis a reliquis differt, e quibus ei praesertim qui sunt generis  $\Psi$  admodum multa ac speciosa praebent; tum quia  $R$  artiore cognationis vinculo cum  $\pi$ , deinde cum  $\delta$  coniunctus est quam cum  $F\lambda'$ . quod nisi forte stirpes  $R\pi$ ,  $R\pi\delta$ ,  $F\lambda'$  singulas ab antiquis Romanorum temporibus repetere volumus, ne  $R$  quidem ad peculiare quoddam generis  $\Psi$  exemplar antiquum referri potest. quod vero in reliquis eiusdem generis libris rarius illa servata sunt, id inde explicatur, quod librarii saeculi noni et decimi suum ipsorum plerumque usum secuti sunt. postremo exceptis rebus orthographicis  $R$  totus ad  $\Psi$  et  $Q$  refertur nec est, cur tertius fons quaeratur.

Rem summam adumbratam habes: copiam exemplorum et argumentorum resque minutas in Hermae volumine 70 anno 1935 edito invenies (p. 249 ss., 361 ss.). quo vero facilius rationes intricatae mente comprehenderentur, imagines subieci. in universum moneo a siglis Kelleri et Holderi me, quoad fieri potuit, non recessisse exceptis quibusdam partibus Monacensis lat. 14685, de quo conferas quaeso conspectum siglorum, et Blandinio vetustissimo Cruqui, quem signo  $\mathfrak{B}$  indicavi.

PRAEFATIO



## PRAEFATIO

Ex his quae exposui sequitur officium recensendi inoeversari, ut cognoscatur, quid fuerit in  $\mathcal{E}$  et  $\Psi$ , praeter ae quoad fieri potest, in  $\mathcal{H}$  *Pph.*  $\alpha\Gamma V\upsilon c.$  quid verum sit, nec numero neque auctoritate testium diiudicari potest: expendendae sunt lectiones singulae.

Haec cum scripta essent, beneficio virorum quos infra laudabo comperi eam partem Vaticani **R** quam Keller et deinceps omnes spreverant (f. 125<sup>v</sup> lin. 7b — f. 143; s. 2, 1, 16 *poteras* — s. 2, 8, 95) — quam ego partem littera  $\mathfrak{R}$  significabo — eodem saeculo ex eodem atque reliquas exemplari deductam videri; praeterea Ottoboniani 1660 unum quaternionem, quo continentur s. 2, 5, 30 — s. 2, 8, 95, ipsum quoque saeculo nono confectum dignum esse, qui diligenter examinetur. contuli imagines lucis ope confectas atque haec fere inveni.

Vaticanum **R** qui scripsit, is librum extremum, sermo- num dico secundum, versibus confectis quindecim et parte insequentis (*attamen et iustum*) inchoatum reliquit. continuaverunt opus spatio temporis non interiecto et ad finem perduxerunt alii per vices librarii, ita tamen, ut unus saepius ceteris succederet et sub finem solus relinqueretur, pulchritudine et quadam facilitate litterarum insignis. idem foliis 110 et 112 la ceris (s. 1, 1, 114—2, 48. 1, 3, 28—83), quae quidem nunc exstant alienis locis codici inserta<sup>1)</sup>, nova substituit<sup>2)</sup>. in eo negotio videtur veteribus illis foliis

1) Keller et deinceps ceteri unum tantum ex his duobus foliis veteribus (110) noverant, alterum (112) deesse opinati sunt.

2) idem iam inde a fol. 60<sup>v</sup> nonnumquam pauca verba, quae spatiis vacuis relictis ommissa erant, supplavit:

a. p. 50	fol. 60 <sup>v</sup>	Cethegis
a. p. 94	fol. 61 <sup>r</sup>	delitigat ore
a. p. 311	fol. 65 <sup>r</sup>	(pro)visam
epo. 16, 40	fol. 77 <sup>v</sup>	praeter et volate litora
epi. 1, 6, 65	fol. 86 <sup>v</sup>	si, Mimnermus uti censet, sine amore iocisque
epi. 1, 7, 5—6	fol. 87 <sup>r</sup>	dum ficus prima colorque   designa- torem decorat lictoribus atris
epi. 1, 14, 39	fol. 92 <sup>r</sup>	glebas
epi. 1, 14, 40	fol. 92 <sup>r</sup>	diaria

v. quae sequ. l. p. XIV.

## PRAEFATIO

usus esse aut exemplari, unde illa descripta sunt (1, 1, 137 quis evixisse, 1, 2, 1 colegia, 3 tegilli, 30 fonice, 35 permollere, 47 omnis etc.), sed tamen habuisse, unde **R** corrigeret (1, 2, 10 haberi  $\mathfrak{R}$ : habe **R**); correctori vero manifestum est praeter **R** alia subsidia fuisse (1, 2, 34 iuves: iuvenes; 1, 2, 35 permollere: permollere *p. corr.*). in conficiendis ergo supplementis aliud exemplar adhiberi poterat. quodsi inde a s. 2, 1, 16 vetustior illa scriptura **R** numquam exstitit — in media enim pagina atque in medio versu nova veteri succedit — apparet hanc partem  $\mathfrak{R}$  ex alio libro derivatam esse. is liber eius persimilis fuit, unde **R** deductus erat, ac nescio an ipsum exemplar codicis **R** fuerit. nam eodem modo atque **R** inter  $\Psi$  et **Q** fluctuat, praeterea eadem ratione quam in **R** invenimus, verba prius scripta modo ad **Q**, modo ad  $\Psi$  correctata sunt; unde cognoscitur in conficiendo et **R** et  $\mathfrak{R}$  eandem materiam e generibus  $\Psi$  et **Q** congestam adhibitam esse. huc accedit, quod, etsi rarius fit,  $\mathfrak{R}$  quoque interdum veterem scribendi morem praebet (2, 3, 265. 2, 7, 1 servos, 2, 6, 116 cavos, 2, 7, 44 voltu, 2, 3, 205 haerentis, 2, 3, 247 muris, 2, 6, 77 anilis, 2, 3, 243 Quincti etc.). quibus rebus demonstratur  $\mathfrak{R}$  ex eodem fonte vel ex eisdem fontibus derivatum aequè adhibendum esse atque **R**.

Ottobonianum generis  $\Psi$  ac familiae  $\mathcal{F}\lambda'$  esse corruptelarum communiōne facile cognoscitur, neque esset, cur eius ratio haberetur, nisi multis locis essent, quae a  $\Psi$  differant. eadem corruptelae a  $\Psi$  alienae in  $g\lambda l z^1$  **Q**, praeterea in quibusdam codicibus reperiri solent, qui in reliquis Horati operibus merito contemnuntur, hic vero in tanta memoriae inopia, ubi praesertim generis  $\mathcal{E}$  testes satis firmi deficient, digni sunt qui observentur:  $m\sigma xv$ .

continuatur adn. p. XIII.

epi. 1, 16, 9 fol. 93<sup>r</sup> et pruna  
 epi. 1, 16, 59 fol. 94<sup>r</sup> (clare) clare cum dixit Apollo  
 s. 1, 6, 27 fol. 119<sup>r</sup> (im)pedit crus

his locis prior ille librarius in verbis minus usitatis aut in obscura exemplaris scriptura haesisse atque doctiorem expectavisse videtur, qui omissa expleret.

1) in sermonibus ne  $z$  quidem a genere  $\mathcal{E}$  omnino alienum esse nonnullis exemplis (velut 1, 5, 100) demonstratur.

PRAEFATIO

- \* s. 2, 5, 61 ede] edam *Ott.* v (ede *Ott.* superscr.)
- \* 75 cave te] caveas *Ott.*<sup>2</sup> v
- \* 2, 6 tit. egloga sexta *Ott.* v
  - 24 urge] urges *Ott.* φ<sup>2</sup> v<sup>2</sup>
  - 29 quid tibi vis] quid vis *Ott.* λp.ras. vσ
  - 32 mentiar] mentior *Ott.* mσ
  - 50 compita] competa *Ott.* gva.corr.
  - 108 verniliter] vernaliter *Ott.* φp.ras. ψvar. λ' m xv
- \* 2, 7 tit. egloga septima *Ott.*
  - 14 Vertumnis cett.] Vortunnis *Ott.* v, sim. hq
  - 17 phimum] pirgum aut sim. *Ott.* z var. gmσvar. xv
  - 18 isdem] idem *Ott.* γ Εξ Fp.ras. λcorr. σv
  - 62 ambo] ambos *Ott.* λ' R mσ xv
  - 77 privat] privet aut sim. *Ott.* F var. lvar. Rz v
- \* 96 peccas] pecces *Ott.* v var.
- \* 110 furtiva . . . strigili] furtivam . . . strigilem *Ott.* v
- \* 2, 8 tit. egloga octava *Ott.* v
  - 22 quos] quas *Ott.* gz mσ v
  - 24 semel] simul *Ott.* ψvar. λ' Q mσ v
  - 30 porrexerit] porrexerat *Ott.* z mσ xv
  - 52 inlutos] inlotos φvar. v illotos *Ott.*
  - 53 remittat] remittit *Ott.* Ecorr. g mσ x B l

praeterea s. 2, 7, 19 verum vocabulum *ille* solis codd. *Ott.* φ<sup>2</sup>var. xσvar. v conservatum est, 2, 5, 78 *nequiere* in *Ott.* Mσv.

Ex his exemplis cognoscitur Ottoboniano et ceteris quos supra enumeravi, quandam lectionum copiam inaequabili modo immixtam esse, Ottobonianum vero cum v ita coniunctum esse, ut raro segregetur, interdum cum eo solo errores praebat; quos locos asterisco \* significavi.

Eius memoriae, cuius vestigia in *Ott.* v et reliquis codd. modo enumeratis passim occurrunt, naturam et originem indagare difficile est. verisimile tamen non est eam a Q repetendam esse. neque enim omnino hi codices *Ott.* vgmσx saepenumero cum Q errant nec fere in falsis cum Q consentiunt, quin aut λB l aut ψφ accedat, quibus demonstratur eas lectiones non in Q ortas esse, sed iam in Ε aut in Ψ fuisse. praeterea est, ubi *Ott.* vgmσx aut pars eorum apertissime et a Ψ et a Q differant. quo in numero sunt fere illa exempla quae supra enumeravimus. quod nisi praeter ΕΨQ quartum aliquod genus confingere volumus, relinquatur ut illa memoria e genere Ε ducta sit. denique constat in aliis partibus operum v et cognatum eius u, qui est

PRAEFATIO

multo nobilior, adpersis lectionibus generis  $\mathcal{E}$  insignes esse (K.-H. I<sup>2</sup>, LXXVI; Hermes 70, 1935, 395s.) atque in  $\text{gm}\sigma\text{x}\lambda'$  multa vestigia eius generis inesse. ita fit ut Ottobonianus cum  $\nu$  et ceteris interdum utilis sit ad genus  $\mathcal{E}$  restituendum. verum ne nimis exultes, in s. 2, 8, ubi  $\mathcal{C}$  exstat, Ottobonianus cum aliis a  $\mathcal{C}\Psi$ , qui verum praebent, ter aberrat:

s. 2, 8, 10 ut $\mathcal{C}\Psi$ <i>Prisc.</i>	ubi $\varphi^2\text{var.}\psi^21\text{Q Ott.}$
24 semel $\mathcal{C}\Psi$	simul $\text{Q}\mathfrak{B}\text{I}(?) \psi\text{var.}\lambda^2\text{Oxon. Ott.}$
30 porrexerit $\mathcal{C}\Psi$	porrexerat $\text{zm}\sigma\text{x}\nu\text{ Ott.}$

his locis sine dubio verba Ottoboniani ad  $\mathcal{E}$  referremus, nisi impediremur testimonio  $\mathcal{C}$ , quo altera pars adiuvatur. res perdifficilis est diiudicatu, praesertim cum observatio intra paucos versus versetur. non absurdum est suspicari  $\mathcal{C}$  his locis ad  $\Psi$  correctum esse. quam rationem magis probo s. 2, 8, 10. 24, ubi consensu  $\lambda 1\text{Q}\mathfrak{B}\text{I}$  lectio a  $\mathcal{C}$  diversa generi  $\mathcal{E}$  atque aevo admodum vetusto vindicatur. ac profecto sunt exempla, quibus probetur  $\mathcal{C}$  non tam sincerum in memoria  $\mathcal{E}$  propaganda, sed tamquam leviter adpersum esse lectionibus sive  $\text{Q}$  sive  $\Psi$  ( $\text{Q}$ : s. 1, 5, 67. 78;  $\Psi$ : a. p. 330. 345. 358. 371. 393 s. 2, 8, 40;  $\Psi\text{Q}$ : s. 1, 5, 47. 51). nec vero omnino negari potest uno aut altero loco, ubi Ottobonianus cum sociis a  $\mathcal{C}\Psi$  aberrat,  $\mathcal{C}$  verum generis  $\mathcal{E}$  testimonium praebere posse, Ottobonianum eiusque cognatos, etsi eiusdem originis sunt, degenerare potuisse. qua de ratione cogitari potest, ubi *Ott. zmσxν* testimonio  $\text{Q}$  aut  $\lambda 1$  non adiuvantur (s. 2, 8, 30). utique in lubrico versabitur recensio in sermonum libro altero, nisi quando generis  $\mathcal{E}$  novi codices detegentur. interim noli in ea re certissimas ubique rationes requirere.

Ottobonianus praeter illa quae supra commemoravi bis solus valde speciosa exhibet: s. 2, 7, 105 tu qui impunitior: qui tu impunitior *cett.*; 2, 8, 1 Nasidieni qui: ut Nasidieni *cett.* ac ne forte ea credas vera esse, altero loco Persius 5, 130 testis est aetate Neroniana qui tu impunitior lectum esse, altero ut Nasidieni iuvit te cena beati Horatium scripsisse eo probatur, quod verba Fundani sic, ut mihi numquam in vita fuerit melius (v. 3) nullo modo his respondere possunt: qui iuvit? etenim ut interrogans idem fere est ac quam

## PRAEFATIO

valde (cf. *ut valet? ut meminit nostri?* epi. 1, 3, 12), qui idem ac qua ratione (cf. *qui fit, Maecenas* s. 1, 1, 1). equidem insignem dignitatem Ottoboniano propter illa propria attribuere nolim.

Praeterea Vaticani lat. 3866 saec. II imagines examinavi concedente liberaliter M. Friedman docta virgine, quam de eo codice uberius disserturam esse compereram. cognovi eum genus Q bene reddere atque in saturis a  $\gamma$  integritate atque iudicio saepe superare. quare nisi apparatus criticus iam typis mandatus fuisset, in altero saltem sermonum libro illum ad Q restituendum adhibuissem. sed verebar plus iusto commutare; nec necessarium esse videbatur. nam fructus in Q restituendo ut uno alterove loco gratus, ita in universum est exiguus, in  $\mathcal{E}$  vero cognoscendo quasi nullus; qua quidem in re omnis quaestio versatur. atque quaecumque lectiones generi  $\mathcal{E}$  in sermonibus vel certis rationibus vel probabiliter vindicantur non adiuvante Q (cf. *Hermes* 70, 1935, 392. 395 s.; praeterea s. 2, 3, 211), ex eis paucissimae in Vaticano 3866 reperiuntur (1, 9, 50 mi om.; 2, 3, 283 quiddam; 2, 7, 48 incendit; 2, 7, 80 quid; 2, 8, 22 quas; 2, 8, 30 porregerat); his addere licet 2, 3, 69 *nerio* prius scriptum; 2, 7, 17  $\dagger$  *pirgum* supra adpictum. has lectiones in Q olim fuisse arbitror, ubi ex generibus  $\mathcal{E}$  et  $\Psi$  magnam copiam congestam esse constat. ac ne 2, 3, 303 quidem, ubi *manibus cum portat* non solum in gm $\sigma^2$  var. (*manibus portavit*  $\mathcal{B}$ ), sed etiam in Vat. 3866 legitur, ea verba a Q semper aliena fuisse existimo, praesertim cum in  $\mathcal{R}$  s. *manibus* superscriptum sit. praeterea haec notabilia videntur: s. 2, 6, 108 vernaliter (cum  $\lambda'$  *Ott.*); 7, 5 furis (cum g var.  $\mathcal{B}$ ).

In varia lectione subscribenda neque illa ratio quam olim Keller, nuper Villeneuve adhibuit, ut codices singulos secundum ordinem litterarum enumerarem, neque rursus ea placuit, ut tantummodo genera  $\mathcal{E}$  et  $\Psi$  aut cum his Q significarem. neque enim lector editoris opere onerandus neque ei iudicandi facultas adimenda est. mediam quandam viam Vollmer demonstravit, qui, quoad fieri potuit, genera singulis siglis comprehendit, ut tamen, quibus locis aliqui

## PRAEFATIO

codices a suis generibus discrepant, alteri eos generi plerumque adscriberet. qua in re ratio saepe desideratur. nam quia, ubicumque genera inter se permixta sunt, Vollmer aut erravit aut quaerere desiit, saepissime casu vel congregati vel dissociati esse codices videntur. ego in singulis paginis, ubi codices adhibendi enumerantur — sunt autem plures necessarii quam Vollmer voluit —, id curavi, ut etiam eorum librorum, in quibus textus mixtus est, ratio semper constaret. variarum lectionum testes ita attuli, ut semper et generum ratio intellegatur et singulorum librorum suffragia dinoscantur, omissis levioribus mendis, quibus generis color non obscuretur. in eo negotio, qui codices sunt testes quasi ordinarii suorum generum, eos siglis  $\mathcal{E}$  vel  $\Psi$  comprehendere satis fuit, illos vero, qui quasi desultores hic illic ad hos ordinarios accedunt, insuper commemorare debui. velut siglo  $\mathcal{E}^{(acc. Q R)}$  comprehenduntur codices ABC, qui sunt testes ordinarii recensitionis  $\mathcal{E}$ , praeterea genus Q, quod hic contra morem ad  $\mathcal{E}$  accedit, et R, qui codex relicto suo genere  $\Psi$  ad Q sese adplicat. quodsi quis simplicitati parum consultum esse censeat, ipsam rem consideret, cui si vim facere vereberis, aut omnino omittenda est haec ratio generatim adnotandi aut in re nova inusitatum aliquid audendum. ne sic quidem errorem omnino exclusum esse fateor. nam si verae lectioni  $\mathcal{E}^{(acc. Q)}$  vel  $\Psi^{(acc. Q)}$  vel simile aliquid adpictum est, etsi probabile est eum qui Q confecit verum ex eo genere hausisse ubi adhuc exstat, tamen fieri potest, ut incorruptam lectionem in codice perdito alterius generis meliore etiamtum invenerit. quod si accidit, raro certe factum esse existimes, si universam rationem codicum et generum consideres. simili modo interdum dubitari potest, utrum incorrupta verba Vaticani R vel etiam Parisini  $\pi$  exemplari generis Q debeantur an integriori codici generis  $\Psi$ .

Testimonia veterum scriptorum augere non studui. Porphyrii commentum (*Pph.*) et scholia a Kellero edita ( $\alpha\chi AV$ ,  $\alpha\chi \Gamma V$  etc.) studiose perquisivi et ubicumque intellegitur quid lectum sit ab eis qui Horatium enarraverunt, testimonium attuli; qua in re a prioribus non satis factum esse videbatur.

## PRAEFATIO

In orthographia non id secutus sum, ut scripturam libris traditam ex lapidum titulis aevi Horatiani corrigerem. res est parum explorata, quam ut veterum qui Horatium ediderunt grammaticorum auctoritatem spernas. qui quid novaverint aut rursus nimio vetustatis studio abrepti mutaverint sane ignoratur. verum quoniam e codicibus cognoscitur saeculo nono rem in eo fuisse, ut antiqua quaedam scribendi consuetudo paulatim evanesceret, si quid minus volgare contra usum librariorum servatum est, dignum est quod caute examinetur et, dum modo probabile sit, retineatur. id dum sequor, ne inaequalitatem quidem veritus sum interdum admittere. velut *-vom* scribendum curavi, ubi vestigia eius scripturae in libris exstant: ubi desunt, *-vum* non mutavi. eadem de causa modo *pulcher*, modo *pulcer* invenies, eademque ratio late patet. sunt tamen verba in quibus satis multis exemplis demonstratur quam formam Horatius aut certe ei qui eum ediderunt usurpaverint, ut *volgus*, *volt*, *voltus*. in his non dubitavi discrepantia ad normam corrigere. formas non assimilatas (*inprobis*, *adsignare* etc.) praetuli, contra librorum auctoritatem non restitui.

Res orthographicas animo perpensi, in apparatu critico congerendo plerumque praetermisi. quas qui examinare voluerit, in editione maiore Kelleri et Holderi et in ea inveniet quam nuper Villeneuve confecit.

In carminibus ubi dubium erat, volueritne Horatius strophas quaternorum versuum componere necne, eam fere rationem secutus sum quam Carolus Buechner nuper exposuit (*Zur Form und Entwicklung der horazischen Ode und zur Lex Meinekiana*: SB. Leipzig, 91. Bd. 1939, 2. Heft).<sup>1)</sup>

Indices quos Vollmer confecerat rerum metricarum prosodiacarum grammaticarum et nominum, ne labor magnus atque utilis periret, leviter emendatos huic quoque editioni addidi.

In extremo opere permultum me aliorum benevolentiae auxilioque debere profiteor. quos omnes grata memoria

1) [Cf. nunc G. Daniels, *Die Strophengruppen in den Horazoden*, Diss. Königsberg 1940]

## PRAEFATIO

recolo, paucos hic laudabo. discipuli mei et discipulae, bonae spei adulescentes, consociata opera curaverunt, ne quid erroris in afferendis veterum testimoniis relinqueretur. Carolus Pivec collega, quibus temporibus codices scripti essent, benigne ac liberaliter me docuit. in ea re etiam P. Anselmus Manser O. S. B. et Paulus Lehmann consilia mihi olim humanissime impertiverunt. Wolfgangus Schadewaldt collega optimus in difficultatibus saepe consilia salubria suppeditavit. multo autem plurimum Carolo Buechner debeo, qui cum indicem nominum emendavit operamque in testimoniis veterum examinandis strenuam praestitit tum singulos fere locos difficiliores mecum pertractavit, iudicium peracre auresque Horati consuetudine tritas adhibuit, laborem denique infinitum communionem studii Horatianae humanitatis sublevavit. bibliopola honestissimus opus typorum formulis inusitatis difficile ac mea valetudine dilatatum insigni commoditate ad finem perduxit. bibliothecae Vaticanae praefecti Anselmi M. Albareda beneficio, auctoritate eminentissimi cardinalis Mercati interposita, praeterea permissu Stephani Weinstock viri docti, qui nuperrime partem codicis Vaticani (R) et Ottonianum ab oblivione vindicavit, factum est, ut horum codicum imaginibus iam nunc uterer. in eo negotio Ioannes Stroux et Ioannes Lietzmann consilio mihi atque auctoritate adfuerunt.

Dabam Lipsiae a. d. MCMXXXIX.

## PRAEFATIO ALTERIVS EDITIONIS

Cum bibliopola honestissimus laudabili bonarum artium studio ductus quam primum fieri posset nova Horati exemplaria excudere vellet, occasione arrepta cursim, ut potui, menda erroresque sustuli. qua in re usui fuerunt consilia virorum doctorum qui editionis prioris censuram egerunt,

## PRAEFATIO

L. Castiglioni (Athenaeum 1940, 215), G. Funaioli (Atene e Roma 1940, 137), R. Helm (Philol. Wochenschrift 1940, 487), M. Lenchantin de Gubernatis (Rivista di filologia e d'istruzione classica 1940, 34).

Plura ne efficerem, temporum iniquitate factum est. nam nec Laurentianis codicibus, in quibus quam utilia sint vere anni MCMXL ipse cognoveram, nec Vaticano uti potui, quem a M. Friedman repertum in praefatione prioris editionis p. XIX olim commemoraveram. in utraque re Maximus Lenchantin de Gubernatis aliquantum profecit, qui in edendis carminibus epodisque<sup>1)</sup> adnotavit, quid in Laurentiano 34, 1 s. X/XI, quem littera L signavit, et in Vaticano 3866 s. XI (U) legatur. quod vero summo opere exoptandum erat, ut illius memoriae quae notatur littera *Σ* praecipue in saturis novi atque integri testes reperirentur, id ne nunc quidem videtur contigisse. nam perlustrata varietate lectionis apparet et Laurentianum L et Vaticanum U generis esse illius mixti quod ex duobus generibus antiquis *Σ* et *Ψ* confectum littera Q signavi; quod quidem sine illis satis erat notum. potest tamen fieri, ut Laurentianus L peculiari quodam vinculo cognationis cum *Σ* coniunctus ad inveniendas adgnosendasque lectiones eius generis quibusdam saturarum locis non inutilis esse videatur. eam quaestionem in iudicatum relinquo.

Horatium a Maximo Lenchantin editum nuper confecta iam paene hac altera editione contigit ut viderem. eius ratio haberi non potuit nisi in vitae Suetonianae adnotatione critica.

In tollendis typhotetarum mendis egregie me adiuvit Carolus Becker discipulus atque amicus.

Dabam Monachii XI Kal. April. a. MCML.

1) in Corpore scriptorum Latinorum Paraviano [anno 1945].

## PRAEFATIO

### PRAEFATIO EDITIONIS TERTIAE

In editione tertia praeparanda fundamenta movere nec potui nec volui, studium adhibui ad examinandos locos dubios. in ea re si quid profeci, viris doctis debetur qui me admonuerunt, eis praecipue qui scriptis de Horatio editis olim posita retractare coegerunt. ex his honoris causa nomino Guntherum Jachmann (Zur Frage der Verswiederholung in der augusteischen Dichtung [Studi in onore di U.E. Paoli, Firenze 1955, 393ss.]), Paulum Maas (Korruptelen in Horazens Oden [Studi Italiani di filologia classica, nuova serie, vol. XXVII–XXVIII dedicato alla memoria di Giorgio Pasquali, 1956, 227s.]), Eduardum Fraenkel, e cuius libro (Horace, Oxford 1957) rerum copia et doctrina praeclaro fructum maximum cepi. residebant tamen residentque scrupuli. in his curis, dum in utramque partem disputando verum elicere conamur, egregie me adiuvit Carolus Becker amicus. qui etiam in mendis typothetarum tollendis operam navavit.

Dabam Monachii pridie Kal. Nov. a. MCMLVII.

FRIDERICVS KLINGNER

## SIGLA

**Ξ** = rivulus memoriae Horatianae, qui a recensione antiqua atque exemplari antiquo deperdito ductus in hos codd. derivatur:

**A** = Parisinus 7900 cum parte Hamburgensi saec. 9/10. epistulae (lib. 1) alia manu descriptae sunt e libro generis **Q**.

**B** = Bernensis 363 saec. 9 ex.

**C** = Monacensis lat. 14685 saec. 11 atque eae partes eius quae cum **AB** cognatae sunt; cf. *Hermes* 70, 1935, 380: in epist. **C** est is quem Keller et Holder alique editores littera **E** significant.

**K** = codex S. Eugendi, nunc St. Claude n. 2 saec. 11

**Ψ** = rivulus memoriae Horatianae alter, qui a recensione antiqua atque exemplari antiquo deperdito ductus in hos codd. derivatur:

**F** = φ ψ

φ = Parisinus 7974 saec. 9 ex.

ψ = Parisinus 7971 saec. 10

λ' = λ 1

λ = Parisinus 7972 saec. 9

1 = Leidensis lat. 28 saec. 9

δ = Harleianus 2725 saec. 9

d = Harleianus 2688 saec. 9/10

z = Vossianus 21 saec. 12

d et z cum δ artissima cognatione coniuncti tantummodo ibi adhibentur ubi δ deest.

π = Parisinus 10310 saec. 9

**R** = Vaticanus Reginae 1703 saec. 9 med.

**℞** = Vaticani 1703 pars extrema (s. 2, 1, 16 poteras — 2, 8, 95) a Kellero neglecta, saec. 9 med.

praeterea hi qui raro adhibentur:

**Ott.** = Vaticanus Ottobonianus lat. 1660 saec. 9 ex.

**u** = Parisinus 7973 saec. 9/10

**v** = Parisinus 8213 saec. 12 ex.

*Ott.* **u v** inter se cognati lectionibus generis **Ξ** permixti sunt.

## SIGLA

**Q** = recensio mixta medio aevo ante saec. 9 med. e generibus **Ξ** et **Ψ** confecta, cuius testes sunt hi:

**a** = Ambrosianus O 136 sup. saec. 9/10

**γ** = Parisinus 7975 saec. 11

**E** = Monacensis 14685 saec. 11 atque eae partes eius quae cum **αγM** cognatae sunt; cf. *Hermes* 70. 1935, 380 et supra de C.

**M** = Mellicensis 177 saec. 11

praeterea hi qui raro adhibentur:

**D** = Argentoratensis C VII 7 saec. 10, combustus a. 1870

**ξ** = fragmenta Scheftlarnensia saec. 10

codices contaminati qui raro adhibentur:

**σ** = Sangallensis oppidanus 312 saec. 10

**x** = Oxoniensis Bodleianus olim Dorvillianus saec. 11

**m** = Monacensis lat. 375 saec. 11/12

**g** = Gothanus duc. B 61 saec. 15

*Oxon.* = Oxoniensis collegii Reginensis P<sup>2</sup> saec. 11

**σxmg** (*Oxon.*) propterea utiles sunt, quia vestigia memoriae **Ξ**, in g etiam memoriae **ΞI** insunt.

**ΞI** = Blandinianus vetustissimus Cruquii

**ς** = codices non nominatim allati ac fere recentiores

*Pph.* = Porphyrio

**αAΓVvc** = scholia a Kellero edita, quae sub Acronis nomine vulgo olim ferebantur (Pseudacro)

**αA** = scholia codicis **A**

**αΓ** = scholia codicum **γ** et cognatorum; cf. Pseudacronis scholia ed. Keller vol. I p. XI

**αV** = scholia codicis Vaticani lat. 3257

**αv** = scholia codicis Dessaviensis (Nienburgensis) **A**

**αc** = scholia codicis Guelferbytani Lat. Aug. 81. 31 de scholiorum rationibus cf. Pseudacronis scholia ed. Keller praef. vol. I et 2

*Comm. Cruq.* = commentator Cruquianus

*ex. Vat.* = 'exempla diversorum auctorum' ed. H. Keil progr. Halis Sax. 1872

*Micon* = Miconis opus alphabeticum ed. Traube PMA. 3, p. 280—294

grammaticos attuli secundum paginas Keili, etiam Priscianum; metricos (Gramm. VI) siglo *metr.* comprehendere satis habui. in *Patrologiae Latinae* quam curavit Migne volumine 23 afferendo paginas exemplarium anno 1883 (non 1845) editorum indicavi.

## SIGLA

recensio Q in carminibus fere tota generi E adnumerari potest, in arte poetica, epodis, carmine saeculari, epistulis — hoc enim ordine libri Horatiani in Q collocati sunt — fit generis Ψ, ita tamen, ut permulta e E adsumpta sint; in sermonibus denique neutri generi addicta ex utroque commixta est. consensu EΨ etiam Q continetur, nisi quid secus adnotatum est.

R lectiones generis Q admixtas habet et saepe ad eius generis testes se adplicat.

λ' in carminibus, epodis, sermonibus, epistulis lectiones generis E admixtas habet et saepe cum eius generis testibus se consociat.

ubicumque unus ex his testibus QRλ' vel alii libri, quorum textus est mixtus, a suo genere ad alienum se transtulerunt, sic adnotatum est: (acc. Q), (acc. R), (acc. λ'), (acc. QRλ') vel similiter, id est: accedit (vel: accedente) Q R etc., accedunt (vel: accedentibus) RQλ' etc., itemque ubi alii testes desultorii ordinariis suffragantur.

siglis EΨQ semper comprehenduntur omnes libri qui ad ea genera pertinent, nisi quid secus adnotatum est; priva tantum menda quae vim testimonii non debilitant silentio praetermissa sunt, sive in uno sive in duobus sive etiam in tribus libris artisime inter se cognatis inveniuntur.

tituli, subscriptiones et similia generatim restituantur neglectis mendis et variis lectionibus. in titulis lyricorum Q seorsum audatur.

*Btl.* = Bentley.

*K.-H.* = Keller et Holder.

*n. l.* = non liquet.



cur neque militaris 5  
inter aequalis equitet, Gallica nec lupatis  
temperet ora frenis?  
cur timet flavum Tiberim tangere? cur olivum

sanguine viperino  
cautius vitat neque iam livida gestat armis 10  
bracchia, saepe disco,  
saepe trans finem iaculo nobilis expedito?

quid latet, ut marinae  
filium dicunt Thetidis sub lacrimosa Troiae  
funera, ne virilis 15  
cultus in caedem et Lycias proriperet catervas?

IX

Vides ut alta stet nive candidum  
Soracte nec iam sustineant onus  
silvae laborantes geluque  
flumina constiterint acuto.

dissolve frigus ligna super foco 5  
large reponens atque benignius  
deprome quadrimum Sabina,  
o Thaliarche, merum diota.

3 1—2 Sor. Serv. A. 7, 696 Consent. 5, 346, 12 Prisc. 2, 203, 9 ||  
3 Prisc. 3, 460, 8 || 5 lig. — 6 repon. Diom. 1, 411, 3 Pomp. 5,  
275, 33 || 7 dep. . . . quadr. cf. Sacerd. 6, 541, 19

Σ: ABQ(= aDEM acc. interd. R) acc. interd. λ' | Ψ: Fλ'δπR  
Diom. 508, 37 || 6 equitet] equitat δπ || 8 tangere : Cur olivum  
EΨ(Fδπ)

9 1—24 def. B | ad Thaliarchum. de voluptatibus Σσχα ad  
Thaliarchum libertum Q parenetice tetracolos. ad Thaliarchum  
puerum speciosum Ψ || 5 ligna] luna Fπvar. vina δ || 6 large  
reponens Σ(acc. λ' R<sup>2</sup>π<sup>2</sup>) σχα Diom. 1. repones πvar. R<sup>2</sup> largiri  
potis Ψ large reponit Pomp. || 7 deprome Σ(acc. λ'R) σχαπ cp Sacerd.  
depone Ψ(F1δπ)

permitte divis cetera, qui simul  
stravere ventos aequore fervido 10  
deproeliantis, nec cupressi  
nec veteres agitantur orni.

quid sit futurum cras, fuge quaerere, et  
quem Fors dierum cumque dabit, lucro 15  
adpone, nec dulcis amores  
sperne puer neque tu choreas,

donec virenti canities abest  
morosa. nunc et campus et areae  
lenesque sub noctem susurri  
composita repetantur hora, 20

nunc et latentis proditor intumo  
gratus puellae risus ab angulo  
pignusque dereptum lacertis  
aut digito male pertinaci.

X

Mercuri, facunde nepos Atlantis,  
qui feros cultus hominum recentum  
voce formasti catus et decorae  
more palaestrae,

te canam, magni Iovis et deorum 5  
nuntium curvaeque lyrae parentem,  
callidum quidquid placuit iocoso  
condere furto.

13 — quaer.  $\sigma\chi$ Stat. Th. 3, 562 || 17—18 mor. Don. Ter. Hec. 478 ||  
21. 22 Serv. B. 3, 65

10 1 Serv. A. 1, 520 Prisc. 2, 302, 9 | Merc. fac. Serv. A. 4, 558 ||  
2 — hom. Pph. s. 2, 2, 66 || 3 cat. — 4 pal. Serv. A. 4, 559 | et —  
pal.  $\sigma\chi$ Stat. Th. 6, 808 (833) || 7. 8 Pph. c. 1, 12, 11

$\Xi$ : A Q(= aDEM acc. interd. R) acc. interd.  $\chi$  |  $\Psi$ : F $\chi$   $\delta\pi$  R  
21 intumo  $\Psi$ (F $\chi$   $\pi$ corr. R<sup>1</sup>) intimo  $\Xi$   $\delta\pi$ pr. R<sup>2</sup>(?) Serv. || 23 de-  
reptum  $\Xi$ FR directum  $\chi$   $\delta\pi$   
10 redit B | ad Mercurium  $\Xi$ Q $\sigma\chi$ A hymnus Mercurio. tetracolos  $\Psi$

te, boves olim nisi reddidisses  
 per dolum amotas, puerum minaci  
 voce dum terret, viduus pharetra  
 risit Apollo. 10

quin et Atridas duce te superbos  
 Ilio dives Priamus relicto  
 Thessalosque ignis et iniqua Troiae  
 castra fefellit. 15

tu pias laetis animas reponis  
 sedibus virgaque levem coerces  
 aurea turbam, superis deorum  
 gratus et imis. 20

XI

Tu ne quaesieris, scire nefas, quem mihi, quem tibi  
 finem di dederint, Leuconoe, nec Babylonios  
 temptaris numeros. ut melius, quidquid erit, pati.  
 seu pluris hiemes seu tribuit Iuppiter ultimam,  
 quae nunc oppositis debilitat pumicibus mare  
 Tyrrhenum: sapias, vina liques, et spatio brevi  
 spem longam reseces. dum loquimur, fugerit invida  
 aetas: carpe diem quam minimum credula postero. 5

10 puer. — 12 *Prisc. 3, 222, 11* || 11 vid. — 12 *Serv. A. 8, 571* ||  
 19 *Lucan. 1, 662*  
 11 6 sap. — liqu. *Prisc. 3, 247, 15*

$\mathcal{E}$ : ABQ(= aDEM acc. interd. R) acc. interd.  $\lambda'$  |  $\Psi$ : F $\lambda'$   $\delta\pi$ R

14 om. B || 17 laetis animas  $\mathcal{E}$ (acc. 1R $\pi^3$ ) animas laetis  $\Psi$ (F $\lambda'\delta\pi^1$ ) ||  
 18—20 Sedibus . . . . . coerces aurea turbam : Superis deorum  
 gratus et imis F $\delta$ , sed  $\delta$  om. aur. t.

11 1—8 def. B | ad Leuconoen  $\mathcal{E}$  ad Leuconoen, suadens omit-  
 tendam mathematicen Q pragmatice monocolos. ad Leuconoem  
 genesim per mathematicam requirentem  $\Psi$  || 5 quae  $\mathcal{E}\Psi$  Pph.  
 qui  $\delta$  *par.* B1

vos Tempe totidem tollite laudibus  
 natalemque, mares, Delon Apollinis 10  
 insignemque pharetra  
 fraternaue umerum lyra.

hic bellum lacrimosum, hic miseram famem  
 pestemque a populo et principe Caesare in  
 Persas atque Britannos 15  
 vestra motus aget prece.

XXII

Integer vitae scelerisque purus  
 non eget Mauris iaculis neque arcu  
 nec venenatis gravida sagittis,  
 Fusce, pharetra,

sive per Syrtis iter aestuosas 5  
 sive facturus per inhospitalem  
 Caucasum vel quae loca fabulosus  
 lambit Hydaspes.

namque me silva lupus in Sabina,  
 dum meam canto Lalagen et ultra 10  
 terminum curis vagor expeditis,  
 fugit inermem,

10 *Serv. A. 9, 641* || 12 *Serv. A. 4, 242*  
 22 1—8 *Lact. inst. 5, 17, 18*

$\mathcal{E}$ : ABQ(= aDEM *acc. interd. R*) *acc. interd. λ'* |  $\Psi$ : Fλ'δπR

13 hic bellum  $\mathcal{E}$  (hinc B)  $\Psi$  σχΓ haec b. *Duhamel cf. c. s. 61—68* ||  
 13 miseram] miserabilem AR *cf. ad 1, 19, 11* || 14 in om. QAR<sup>1</sup> |  
 ... caesare : In  $\Psi$

22 ad Fuscum  $\mathcal{E}$ σxA ad Fuscum. innocentiam cuique tutam  
 esse exemplo indicat Q (*cf. K.-H.*) ad M. Aristium Fuscum.  
 laus innocentiae  $\Psi$  || 2 Mauris  $\mathcal{E}\Psi$  Β|σχΓ *Lact. mauri πp.ras.*  
*lp.ras.* || 7 fabulosus  $\mathcal{E}\Psi$  Pph.σχAΓ *fabulosa Lact.* || 11 expeditis  
 $\mathcal{E}\Psi$  Β|Pph. expeditus π<sup>2</sup>φ<sup>2</sup>u

quale portentum neque militaris  
 Daunias latis alit aesculetis  
 nec Iubae tellus generat, leonum  
 arida nutrix. 15

pone me pigris ubi nulla campis  
 arbor aestiva recreatur aura,  
 quod latus mundi nebulæ malusque  
 Iuppiter urget, 20

pone sub curru nimium propinqui  
 solis, in terra domibus negata:  
 dulce ridentem Lalagen amabo,  
 dulcè loquentem.

XXIII

Vitas inuleo me similis, Chloe,  
 quaerenti pavidam montibus aviis  
 matrem non sine vano  
 aurarum et siluae metu.

nam seu mobilibus veris inhorruit  
 adventus foliis seu virides rubum  
 dimovere lacertae,  
 et corde et genibus tremit. 5

18 — recreetur umbra *Victorin.* 6, 157, 4

$\mathcal{E}$ : ABQ(= aDEM acc. interd. R) acc. interd.  $\lambda'$  |  $\Psi$ : F $\lambda'$  $\delta\pi$ R  
 14 Daunias] Daunia  $\lambda\pi^1R^2$  || 15 Iubae] iuba F $\lambda'\pi^1R^1(?)$  |  
 leonum] leonem DR<sup>1</sup> || 18 recreatur aura  $\mathcal{E}\Psi$  Pph.  $\sigma\lambda$ A recreetur  
 umbra *Victorin.* inuectio

23 ad Cloen  $\mathcal{E}\sigma\lambda$ A †lerke (vel lerche). ad Cloen meretricem  
 fugientem se  $\Psi$  ad Chloen quam ad matrimonium hortatur Q ||  
 1 vitas u<sup>1</sup>ns v<sup>o</sup>var. (cf. K.-H.), expositio metr. cod.  $\gamma$ , comment.  
*Cruq.* vitat codd. ceteri, metrici || 5 veris  $\mathcal{E}\Psi$  B1 Pph. vepri  
*Gogavius* || 6 incipit  $\gamma$  genuinus, qui pertinet ad Q | adventus  
 $\mathcal{E}\Psi$  B1 Pph. ad ventum *Muret.*

caris multa sodalibus, 5  
 nulli plura tamen dividet oscula  
 quam dulci Lamiae, memor  
 actae non alio rege puertiae

mutataeque simul togae.  
 Cressa ne careat pulcra dies nota, 10  
 neu promptae modus amphorae  
 neu morem in Salium sit requies pedum,

neu multi Damalis meri  
 Bassum Threicia vincat amystide;  
 neu desint epulis rosae 15  
 neu vivax apium neu breve lilium.

omnes in Damalin putris  
 deponent oculos, nec Damalis novo  
 divelletur adultero  
 lascivis hederis ambitiosior. 20

XXXVII

Nunc est bibendum, nunc pede libero  
 pulsanda tellus, nunc Saliaribus  
 ornare pulvinar deorum  
 tempus erat dapibus, sodales.

8 *Charis. 1, 266, 6* || 13 *Dam. Prob. 4, 23, 23* || 14 *amystis Sacerd. 6, 480, 16 Prob. 4, 29, 15*

Ξ: ABQ(= aγDEM *acc. interd. R*) *acc. interd. λ'* | Ψ: Fλ' δπR  
 8 puertiae ΞΨ *Pph. Char. pueritiae EBI* || 11 neu Ξ(*acc. λ'*)  
 nec Ψ || 12 neu Bλ' Q nec Ψ nec A || 13 neu A *corr. B λ' Q(acc. R)*  
 nec Apr. Ψ || 15 neu ΞΨ nec R nec A || 17 Damalin Ψ-im Ξ(*acc. λ'*)  
 -i R *p. ras.* || 18 nec ΞΨ *Pph. neu lemma Pph.*

37 ad sodales Ξ *prophetice. ad sodales. Augusti Caesaris victoriam Alexandrinam describit Ψ victoriam Augusti Q Cleopatram Alexandrinorum reginam hostem Augusti demonstrat σA*

CARM. I 37

antehac nefas depromere Caecubum 5  
 cellis avitis, dum Capitolio  
 regina dementis ruinas  
 funus et imperio parabat

contaminato cum grege turpium  
 morbo virorum, quidlibet inpotens 10  
 sperare fortunaque dulci  
 ebria. sed minuit furorem

vix una sospes navis ab ignibus  
 mentemque lymphatam Mareotico  
 redegit in veros timores 15  
 Caesar ab Italia volantem

remis adurgens, accipiter velut  
 mollis columbas aut leporem citus  
 venator in campis nivalis  
 Haemoniae, daret ut catenis 20

fatale monstrum: quae generosius  
 perire quaerens nec muliebriter  
 expavit ensem nec latentis  
 classe cita reparavit oras,

ausa et iacentem visere regiam 25  
 voltu sereno, fortis et asperas  
 tractare serpentes, ut atrum  
 corpore conbiberet venenum,

deliberata morte ferocior:  
 saevis Liburnis scilicet invidens 30  
 privata deduci superbo  
 non humilis mulier triumpho.

37 22 nec — 23 enses *Prisc.* 3, 268, 6

$\mathcal{E}$ : ABQ(= a $\gamma$ DEM *acc. interd.* R) *acc. interd.*  $\lambda'$  |  $\Psi$ : F $\lambda'$  $\delta\pi$ R  
 5 antehac  $\mathcal{E}$ (*acc.*R) antehanc  $\Psi$  || 23 ensem] enses *Prisc.* ||  
 24 reparavit  $\mathcal{E}\Psi$  *Pph.*  $\sigma\lambda\Gamma$  properavit *Guaccius* penetravit *Bil-*

X

Rectius vives, Licini, neque altum  
semper urgendo neque, dum procellas  
cautus horrescis, nimium premendo  
litus iniquum.

auream quisquis mediocritatem 5  
diligit, tutus caret obsoleti  
sordibus tecti, caret invidenda  
sobrius aula.

saepius ventis agitur ingens  
pinus et celsae graviore casu 10  
decidunt turres feriuntque summos  
fulgura montis.

sperat infestis, metuit secundis  
alteram sortem bene praeparatum  
pectus: informis hiemes reducit 15  
Iuppiter, idem

submovet; non, si male nunc, et olim  
sic erit: quondam cithara tacentem  
suscitat Musam neque semper arcum  
tendit Apollo. 20

rebus angustis animosus atque  
fortis adpare, sapienter idem  
contrahes vento nimium secundo  
turgida vela.

10 9—12 enarr. *Isid. syn.* 2, 89 *Mi.* 83, 865 || 11 fer. — 12 *Hier.*  
*ep.* 60, 16 *CSEL* 55, 329, 5. *ep.* 108, 18 *CSEL* 54, 570, 1 *quaest.*  
*hebr. in gen. p.* 1, 19 *Lagarde Isid. nat.* 30, 5 *Mi.* 83, 1003

Σ: AaBQ(=γDEM acc. interd. R) acc. interd. λ' | Ψ: Fλ'δπR

10 Licinium alloquitur, ne semper magna temptet ΣQ ad Li-  
cinium Murenam. optimum esse medium vitae statum Ψ parane-  
tice tetracolos σA || 6 obsoleti (ops-Aaλ' obps-B) Σ(acc.λ'R<sup>3</sup>) σAΓ  
obsoletis Ψ || 9 saepius] saevius *Isid.*? || 18 cithara Σ(acc.λ'R)  
cithar(a)e Ψ

XII

Miserarum est neque amori dare ludum neque dulci mala  
vino lavere, aut exanimari metuentis patruae verbera  
linguae.

tibi qualum Cythereae puer ales, tibi telas operosaeque  
Minervae studium aufert, Neobule, Liparaei nitor 5  
Hebri,

simul unctos Tiberinis umeros lavit in undis, eques ipso  
melior Bellerophonte, neque pugno neque segni pede  
victus,

catus idem per apertum fugientis agitato grege cervos 10  
iaculari et celer arto latitantem fruticeto excipere  
aprum.

XIII

O fons Bandusiae, splendidior vitro,  
dulci digne mero non sine floribus,  
cras donaberis haedo,  
cui frons turgida cornibus

primis et venerem et proelia destinat — 5  
frustra, nam gelidos inficiet tibi  
rubro sanguine rivos  
lascivi suboles gregis.

12 1 neque dulci — 2 lav. *Serv. A. 10, 727*

13 1 *Diom. 1, 525, 20 Serv. 4, 469, 31 Victorin. 6, 174, 18*

Σ: AaBQ(= γEM acc. interd. R) acc. interd. λ | Ψ: Fλ δπR

12 suavem vitam non esse sine iucunditate et amore ΣQ pa-  
ranetice. ad Neobulen. suavem etc. Ψ || 8 Bellerophonte] Bel-  
lerophonta olim Vollmer cf. Heinze ad l., Wackernagel ALL 14, 5,  
Lindsay ibid. 15, 144 || 11 et om. ABλ'δ | arto Ψ 8I alto Σ;  
'altus' aut sursum aut deorsum spectat

13 ad fontem Bandusiae ΣQ <pros>phonetice tetracolos αχA  
proseutice. in fontem Bandusinum, qui est in Sabinis Ψ || 1 ban-  
dusiae ΕΨ 8I blandusiae αγRa.ras.1<sup>1</sup> *Diom.* blandusia et *codd.*  
*Serv.* | splendidior ΕΨ *Diom. Serv.* candidior *Victor.*

te flagrantis atrox hora Caniculae  
nescit tangere, tu frigus amabile 10  
fessis vomere tauris  
praebes et pecori vago.

fies nobilium tu quoque fontium  
me dicente cavis inpositam ilicem  
saxis, unde loquaces 15  
lymphae desiliunt tuae.

XIV

Herculis ritu modo dictus, o plebs,  
morte venalem petiisse laurum  
Caesar Hispana repetit penatis  
victor ab ora.

unico gaudens mulier marito 5  
prodeat iustis operata sacris  
et soror clari ducis et decorae  
supplice vitta

virginum matres iuvenumque nuper  
sospitum; vos, o pueri et puellae 10  
iam virum expertae, male nominatis  
parcite verbis.

$\mathcal{E}$ : AaBQ(=  $\gamma$ EM *acc. interd.* R) *acc. interd.*  $\lambda'$  |  $\Psi$ : F $\lambda'$   $\delta\pi$  R

11 vomere  $\mathcal{E}$ (*acc.*  $\lambda'$  R) sub vomere  $\Psi$  || 16 lymphae  $\mathcal{E}$ (*acc.*  $\lambda'$  R) Pph.  $\sigma\chi$ A $\Gamma$  nymphae *vel sim.*  $\Psi$

14 ad populum Romanum  $\mathcal{E}$ Q ode tetracolos  $\sigma\chi$ A paranetice. civibus. in Augustum victorem ex Hispania redeuntem  $\Psi$  || 6 sacris  $\mathcal{E}$ (*acc.*  $\lambda'$ )  $\Psi$ var. (*q*var.  $\pi$ ) divis  $\Psi$ (F $\lambda$ var.  $\delta\pi$ var. R)Q Pph.  $\sigma\chi$ A $\Gamma$  || 7 clari  $\mathcal{E}$ (*acc.*  $\lambda'$ ) cari  $\Psi$  || 8 vitta  $\mathcal{E}$ (*acc.* R<sup>2</sup>)  $\sigma\chi$ A $\Gamma$  vitta  $\lambda'$   $\delta$ var.  $\pi^2$ R<sup>1</sup> tuta F $\pi^1$ R<sup>2</sup>var.;  $\delta$  n. l. || 11 iam virum expertae  $\mathcal{E}\Psi$   $\sigma\chi$ A $\Gamma$  non v. exp. *Btl.* iam virum expertes *Cunningham Kiessling* puellae ac : iam virum expertae *Horkel* i. v. expertaeque *Bergk* iam virum spectate *Buecheler* i. v. exspectate *Gow* iam virum exspectant *Vollmer* | male nominatis  $\mathcal{E}\Psi$  *et nescio an Pph.*  $\sigma\chi$ A $\Gamma$  male ominatis Q $\mathcal{B}$ I male inominatis *Btl.*

addant avaro divitias mari:  
 tunc me biremis praesidio scaphae  
 tutum per Aegaeos tumultus  
 aura feret geminusque Pollux.

XXX

Exegi monumentum aere perennius  
 regalique situ pyramidum altius,  
 quod non imber edax, non aquilo impotens  
 possit diruere aut innumerabilis

annorum series et fuga temporum. 5  
 non omnis moriar multaue pars mei  
 vitabit Libitinam: usque ego postera  
 crescram laude recens, dum Capitolium

scandet cum tacita virgine pontifex:  
 dicar, qua violens obstrepit Aufidus 10  
 et qua pauper aquae Daunus agrestium  
 regnavit populorum, ex humili potens

princeps Aeolium carmen ad Italos  
 deduxisse modos. sume superbiam  
 quaesitam meritis et mihi Delphica 15  
 lauro cinge volens, Melpomene, comam.

61 addunt—m.  $\alpha$  Stat. Th. 1, 339

30 1 Hier. ep. 108, 33 CSEL 55, 350, 10 || 11—12 pop. Serv. A.  
 11, 126 | agr.—pop. Serv. A. 11, 280

$\Sigma$ : AaBCQ(=  $\gamma$  acc. interd. R) acc. interd.  $\lambda'$  |  $\Psi$ : F $\lambda'$   $\delta\pi$  R

62 tunc  $\Sigma$ (acc. $\lambda'$  R) Pph. tum  $\Psi$

30 ad Melpomenem musam  $\Sigma$ Q pragmatice monocolos  $\alpha$ A  
 apotelesice. dicit se scriptis semper victurum  $\Psi$  (cf. K.-H.) ||  
 7 vitabit] vitavit AaB || 12 regnavit  $\Sigma\Psi$ B[ Pph.  $\alpha$ Γ Serv. bis  
 regnator  $\delta\pi$  R<sup>2</sup>  $\gamma$  var.

Q. Horatii Flacci carminum liber III explicuit. incipit lib. IV  
 $\Sigma$ Q carminum etc. incip. IV  $\Psi$  de catalogo generum (velut erotice  
 et monocolos) in subscr. A $\lambda'$  inculcato cf. K.-H.

doctor argutae fidicen Thaliae, 25  
 Phoebae, qui Xantho lavis amne crinis,  
 Dauniaefefende decus Camenae,  
 levis Agyieuf.  
 spiritum Phoebus mihi, Phoebus artem 30  
 carminis nomenque dedit poetaef:  
 virginum primae puerique claris  
 patribus orti,  
 Deliae tutela deae, fugacis  
 lyncas et cervos cohibentis arcu,  
 Lesbium servate pedem meique 35  
 pollicis ictum,  
 rite Latonae puerum canentes,  
 rite crescentem face Noctilucam,  
 prosperam frugum celeremque pronos  
 volvere mensis. 40  
 nupta iam dices 'ego dis amicum,  
 saeculo festas referente luces,  
 reddidi carmen docilis modorum  
 vatis Horati.'

VII

Diffugere nives, redeunt iam gramina campis  
 arboribusque comae;  
 mutat terra vices, et decrescentia ripas  
 flumina praetereunt.

26 lavit—crines *Serv. A. 10, 727* || 44 vatis Horati memorem  
 sepulchro scalpe querellam *Gramm. 5, 555, 18 cf. c. 3, 11, 51*

E: AaBCQ(=  $\gamma$  acc. interd. R) acc. interd.  $\lambda$  |  $\Psi$ : F $\lambda$   $\delta$   $\pi$  R  
 25 argutae] argiu(a)e  $\delta$  var.  $\pi$ <sup>2</sup> var.  $\zeta$  || 28 levis E $\Psi$   $\alpha$  A  $\Gamma$  V lae-  
 tus B $\lambda$  | Agyieuf vel sim. aBC $\pi$  Pph.  $\alpha$  AV Agyleuf (agi-) A QF $\lambda$   $\delta$   
 $\pi$  corr. R || 38 noctilucam B $\lambda$  F var.  $\pi$  var. R<sup>2</sup>  $\alpha$  AV noctiluca Aa  
 C  $\gamma$  R<sup>1</sup>  $\pi$  p. ras. nocte lucem F  $\delta$   $\pi$  a. ras. (?)

7 ad Manlium Torquatum. de mortalitate. refert enim omnia  
 mutari momento temporis. paraenetice tetracos (/) EQ dicolos.  
 ad Torquatum  $\alpha$  A ad Manlium Torquatum. verni temporis  
 (de) scriptio  $\Psi$

Gratia cum Nymphis geminisque sororibus audet 5  
 ducere nuda choros.  
 immortalia ne speres, monet annus et alnum  
 quae rapit hora diem.

frigora mitescunt Zephyris, ver proterit aestas,  
 interitura, simul 10  
 pomifer autumnus fruges effuderit, et mox  
 bruma recurrit iners.

damna tamen celeres reparant caelestia lunae:  
 nos ubi decidimus  
 quo pius Aeneas, quo dives Tullus et Ancus, 15  
 pulvis et umbra sumus.

quis scit an adiciant hodiernae crastina summae  
 tempora di superi?  
 cuncta manus avidas fugient heredis, amico  
 quae dederis animo. 20

cum semel occideris et de te splendida Minos  
 fecerit arbitria,  
 non, Torquate, genus, non te facundia, non te  
 restituet pietas.

infernis neque enim tenebris Diana pudicum 25  
 liberat Hippolytum  
 nec Lethaea valet Theseus abrumpere caro  
 vincula Pirithoo.

7 14 *Serv. A. 1, 714* || 16 *Auson. 234, 2, p. 78 P.* || 25 neq.  
 — 26 *om. teneb. Serv. A. 6, 617*

$\mathcal{E}$ : AaBCQ(=  $\gamma$  *acc. interd. R*) *acc. interd.  $\lambda'$*  |  $\Psi$ : F $\lambda'$   $\delta\pi$  R

15 pius  $\mathcal{E}$ (*acc.  $\lambda'$  R*) F pater  $\delta\pi$   $\mathfrak{B}$  | Tullus dives *vel sim.*  $\mathcal{E}$ (*acc.  $\lambda'$  R*)  
 dives Tullus *vel sim.*  $\Psi$  || 17 quis scit  $\mathcal{E}\Psi$  *Pph.* (?) qui scit  $\delta$  qui  
 scis BC | summae  $\mathcal{E}\Psi$  (F $\lambda'$  R<sup>1</sup>) vitae  $\delta\pi$  R<sup>2</sup>  $\mathfrak{B}$  | 19 heredis  $\mathcal{E}\Psi$   $\alpha$  A V  
 herebis (-bit  $\varphi$ ) F $\delta$  || 21 *def. C* || 23 Pirithoo  $\gamma$  F $\lambda$  *corr.  $\pi$  corr. u R*  
 Pirithoo AaB $\lambda'$   $\delta\pi$  pr.